







8888.1  
EXERCITATIO IURIDICA  
QUAESTIONEM

DE

IVRE PATRONORVM  
ECCLESIAE INDIVIDVO

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SUPREMAE, IVDIC. LVSTAT. INFERIOR. NEC  
NON FACVLT. IURID. ASSESS. ET ACADEMIAE  
DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XVI. NOV. MDCCLXX.

PVBLCIE DEFENDET

HEINRICH GOTTLLOB MODRACH  
GORL. LVSTAT.

LIPSIAE

EX OFFICINA WALTHERIA.

1770, 62.

19



EXERCITATIO JURIDICA

QUESTORIUM

DE

LIBRE PATRONORVM

ECCLIESIAE INDIVIDVO

CONTINENS

QVAE

MAIEST ICTORVM ORDINE AVCTORE

ET PATRONORVM

D. FRID. GOTTLIEB MURRAY

COGIT. ET DE PATRONATU MURRAY

IS PROBAT. ET AVCTORE MURRAY

DE PATRONATU MURRAY

DE PATRONATU

IN AVCTORIO ICTORVM

DE PATRONATU MURRAY

DE PATRONATU MURRAY

HEINRICH GOTTLIEB MURRAY

DE PATRONATU

DE PATRONATU

DE PATRONATU MURRAY





*Al Eccellentissimo Signor*

*Dottore*

**ERDMANNO LODADIO  
HARTMANN**

*Celeberrimo Giureconsulto e Sindaco di Gorliza,  
città esapolitana elettorale di Sassonia.*

*Eccellentissimo Signore!*

**S**cusi, *Eccellentissimo Signore*, la libertà, che in attestato della mia rispettosissima osservanza mi prendo, di consagrarle questo primo faggio, con cui al mondo letterato disegno raccomandarmi.

E' vero, anch'io lo confessò, ch'è un poco avanzato questo mio ardire; ma, se a *Vos signoria Eccellentissima* svelerò le ragioni, che m'hanno a ciò indotto, non dubito, che troverà giustizia questa mia audacia, almeno appressò *Ella*, che solo dalle mire giudizio fuol formare.

L'amicizia, da più anni co'miei genitori sinceramente praticata, e da loro in tutte le occasioni e perfino qui a Lipsia a me lodata, potrebbe considerarsi a ciò sufficiente, se ad  
essa



essa rapportarmi volessi; ma conceda, *Excellentissimo Signore*, ch' oltre a ciò per motivo allegli e v'aggiunga pur anche la propria mia conoscenza della bontà e amor suo non ordinario, in ogni tempo a me usato, come ancora di somministrare a' miei studj i più saggj consigli, d'una più che paterna sollecitudine; lo che approverà certamente la giustizia e non riprenderà la gratitudine!

Accogli dunque *Vossignoria* questa giovanile fatica, come un dovuto pegno del mio perpetuo rispetto verso di *Lei*, l'accogli, torno a pregarla, con quella fronte amica, onde i miei genitori e me medesimo finora rallegrar soleva. Di ciò mi persuade il nobile di *Lei* carattere, ch'ogni patriota in *Lei* ammira.

Continui *Vossignoria* donarmi in oltre la di *Lei* affezione, non facile a conseguirne pari, e che appunto per questo m'è più che preziosa, e non cessi d'onorarmi d'ulteriori consigli, a' quali non mancherò di pontualmente obbedire.



Il Signore conceda a *Vossignoria*, unitamente alla di *Lei* Signora Consorte, l'amica più cara della mia genitrice, ogni prosperità più desiderabile, e conservi in *Lei* un vero bene alla mia cara patria e a quel nobilissimo Senato, e a me un Padrone venerandissimo in tempi i più rimoti. Ciò brama chi si reca a gloria d'aver raggiunta l'occasione, di poter pubblicamente protestarle tutta quella riverenza e gratitudine, che lo rende

*di Vossignoria Eccellentissima*

*Lipsia*

li 16. Novembr. 1770.

umilissimo ed obbligatissimo  
Servitore

Enrico Lodadio Modrach.





§. I.

Cum nobis sit animus quaestionem quandam singularem, quae saepiuscule circa exercitium iuris Patronatus, quod certis personis ex concessione Principis vel alio modo competit, decidendi, operae pretium erit, ut praeprius notionem huic iuri convenientem praemittamus. E re enim est ait *VLPIANVS l. i. ff. de reb. cred.* priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre. Placet hac in parte definitio, quam suppeditat *BOEHMERVS* in iure Parochi. Sect. III. c. I. §. 9. quosi sit *facultas eligendi, praesentandi, et vocandi parochum, competens certae personae ex fundatione vel dotatione ecclesiae, ad hoc, ut praesentatus constituatur ad munus ecclesiae.* Obiicies forsan ius patronatus etiam saepiuscule per praescriptionem acquiri cuius tamen mentionem *BOEHMERVS* in definitione non fecit. Adquisitionem tali modo fieri posse non ne-



gamus, praescriptionem enim contra ecclesiam legitimo modo susceptam nemo in dubium vocare poterit, cum ipsa dispositio iuris Canonici c. 1. de Praescript. in Vito huic sententiae pondus addat, confer. FINKELTHAVS. c. IV. n. 99. et 100. STRYK ad BRVNNEM. Ius Eccles. l. 2. c. 8. §. 8. imo etiam Elector. Saxoniae Serenissimus P. II. Const. V. verb. und weiln die gemeine Rechte verordnen, daß nach Verlauf vierzig Jahre wieder Kirchen könne praescribiret werden, causam defendat. Nihilominus tamen definitio BOEHMERI erit salva. Notionem enim rei dum construimus, ad id potissimum quod in regula fieri solet respicimus, cum teste THEOPHRASTO l. 3. ff. de legibus iura in his quae ἐν τῷ πλείστον, id est ut plurimum accidunt non quae ἐκ παραλόγου id est ex inopinato constitui oporteat. Constat vero ex auctoribus, qui de hac materia scripta reliquerunt, inter quos referre licebit beatum DEYLINGIUM Theologum consummatissimum in Institutionibus Pastoralibus P. II. §. 15. Ditionibus ut potissimum ad ecclesias rurales aedificandas et dotandas allicerentur temporibus Constantini M. ab Episcopis concessum fuisse ius ecclesiae fundatae praeficiendi ministrum. Cum igitur ab initio Patronum faciat dos et aedificatio, idea vero rei secundum eius naturam et indolem sit facienda, non reprehendendus est BOEHMERVS, qui de praescriptione non cogitavit, eam tamen non excludit.



§. II.

Diversae dantur iuris patronatus divisiones, quas uti effectus huic iuri proprios in praesenti non tangamus, cum iam aliunde ex BOEHMERO, FINKELTHAVSIO, SCHILTERO et aliis, qui proluxiori filo mentem suam exposuerunt, de illis satis constet. Vnicum tantum casum, qui causam huic schedulae dedit proponere liceat. Tres liberi quos iura ad successionem vocant divisione facta, aequis partibus praedium acquirunt, et possident, ita, ut quilibet eorum pro sua portione iure patronatus eiusque emolumentis fruatur. Filius natu minor necessitate vel alia ex causa commotus partem praedii sibi competentem fratri natu maiori, eo modo quem leges probant, cedit. Post interiectum aliquod temporis spatium, vacat ecclesia pastore, et cum novus eligendus et praesentandus sit consistorio, possessores praedii circa personam eligendam, discrepant, et frater natu maior ex ratione, quia duas praedii partes possidet, votum decisivum sibi arrogat, alterumque fratrem a iure contradicendi excludit. Vtrum pluralitas portionis praerogativam mereatur, et alterius possessoris dissentium vincat, paulo penitus inquiramus.

§. III.

In regula quidem valet sententia: in negotio, ubi plures paria exercent iura, pluralitatem votorum si inter se convenire nequeant, efficere iudicium. *Quod enim, ait*





SCAEVOLA l. 19. ff. ad Municip. maior pars curiae efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint; et quod publice fit per maiorem partem, teste VLPIANO l. 160. §. 2. ff. de R. I. ad universitatem refertur. Hinc in electione Syndici, quo universitates, quae in iudicio viritum comparere prohibentur, utuntur, ad pluralitatem votorum respicimus, cum nulli l. 3. ff. Quod cuiusc. univers. nom. permittatur nomine civitatis vel curiae experiri, nisi ei cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit, cum duae partes adessent, aut amplius quam duae. Hanc ob causam si tres vel quatuor arbitri constituti, qui omnes eo tempore, quo fertur laudum praesentes esse debent, quia absentis praesentia reliquos in eius sententiam trahere potuisset, maioris partis arbitrio standum est, si dissensus reliquorum nulla ratione sit conciliandus: ait enim VLPIANVS l. 17. §. 6. ff. de recept. In impari idcirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est, sed quia etsi dissentiant invenitur pars maior cuius arbitrio, stabitur, conf. l. 27. §. 3. ff. d. t. BERGER oeconom. Iur. lib. 4. tit. 3. th. 3. Ita et in aliis negotiis imo in ipsa ferenda sententia versamur. Saepiuscule enim accidit ut diversae unius rei lictorum sint opiniones, praecipuis quando casus, ob quem controversia movetur, lege non satis determinatus; cum ipse Modestinus l. 102. ff. de R. I. profiteatur. Omnem definitionem in iure esse periculosam, parum enim esse, ut non subverti possit. Quapropter si causa



cāusa ita comparata, ut argumenta quae iudicantes in contrariam partem trahere possunt existant, ad vota recurrendum et quorsum plura tendunt ex communi suffragio sententia fertur.


§. IV.

Quae cum ita sint comparata, cur non idem circa ius patronatus valeat, rationem nullam dari posse forsitan quis dicet. Plures etenim possessores feudi cui tale ius cohaeret, paria habent iura, et facultate vocandi pastorem sede vacante gaudent. Cum itaque cuilibet Patronorum hac in re votum pro ea parte quam ex feudo possidet, attribuatur, natura rei pariter et analogiae iuris conveniens videtur sententia, quod in dissensu quae circa personam ad subeundum munus eligendam, movetur, consensus illius, qui maiorem partem praedii possidet praefertur. Hoc enim neglecto, conditio eius fieret deterior, et amitteret iura, quae competeabant venditori, et per venditionem portionis, quae cum omni emolumento et onere facta intelligitur in ipsum sunt translata. Cedenti vero competiisse exercitium iuris patronatus, nulli dubitationi est obnoxium, hoc itaque quod cohaerebat portioni, tanquam accessorium rei principalis venditione legitime facta continetur.

§. V.

Haec quidem rationem dubitandi suppeditant, at re paullo penitius perspecta, maiora ea sunt argumenta,  
quae





quae sententiam contrariam, defendunt, et analogiae iuris  
 pariter, quam legum dispositioni sunt consentanea. Constat  
 enim ex primis Iuris principiis, iura quae ad res incorpo-  
 rales referuntur, proprie loquendi nec res mobiles, nec  
 immobiles dici posse, deficit enim corpus, sine quo partes  
 non possunt cogitari. Testatur hoc materia servitutis. l. 25.  
 §. 9. ff. Famil. Erisc. *An ea stipulatio ait PAVLVS, qua  
 singuli heredes in solidum habent actionem veniat in hoc  
 iudicium dubitatur, veluti, si is, qui viam iter, actus  
 stipulatus erat decesserit: quia talis stipulatio per legem  
 duodecim tabularum non dividitur, quia nec potest. Sed  
 verius est, eam non venire in iudicium, sed omnibus in so-  
 lidum competere actionem.* Hac ex causa l. 6. §. 4. ff. Si  
 Servit. vindic. praedii communis dominantis possessores,  
 non pro parte, quamvis divisio fundi facta, agunt, sed in  
 solidum servitutem vindicant. Et si dominus fundi do-  
 minantis partem fundi vendit, servitus quae tota est in  
 toto et qualibet eius parte in emtorem quoque transfer-  
 tur, eadem nihilominus apud venditorem remanente l. 25.  
 ff. de Serv. Praed. rustic. Obstat equidem videtur l. 1.  
 §. 9. π. ad leg. Falcidiam: *Si ususfructus legatus sit, qui  
 dividi potest veteres quidem aestimandum totum usumfru-  
 ctum putabant, et ita constituendum quantum sit in legato:  
 Sed Aristo a veterum opinione recessit: ait enim posse  
 quartam partem ex eo sicut ex corporibus retineri, idque  
 IULIANVS recte probat.* Defendit in hac lege Ictus sen-  
 tentiam,



— — — — —

69

tentiam, quod usufructus, qui tamen inter servitutes refertur divisionem recipiat. Exinde non universalis videtur regula, Iura et Servitutes causam individuam efficere nec dividi posse. Ast nihilominus salva manet causa. Quod enim de usufructu contingit, constituit exceptionem, hinc auctor legis addit verba: non sicut ceterae Servitutes individuae sunt. Omnis vero exceptio in casu non excepto confirmat regulam.

§. VI.

Quodsi itaque ex praemissis constat iura esse individua, nec divisionem per partes fieri posse, ex analogia iuris non deficit probatio in exercitio iuris Patronatus ad Partes praedii quas quisque Dominorum possidet, non esse respiciendum. Sed non deficiunt maiora argumenta quae clariorem adhuc causae decisionem reddunt. Constat nempe ex *cap. i. X. de Iure Patronatus* Ecclesiam inter heredes Patroni dividi non debere, cum hac comminatione, ut, si similtates inter eos surrexerint, propter quas sacerdos suo ibi officio fungi non possit, si aliter provideri non poterit, praecipiat ab Episcopo, ut nullo modo ibi Missarum solemnia celebrentur donec ad concordiam redeant, et ecclesia sacerdotem canonice habeat, qui libere suum ministerium valeat exercere. Ipse Pontifex, qui ius Patronatus probat, illius divisionem interdicat, et regulam qua in exercendo hoc iure Patroni uti debent, praescribit.

B

moveret,





movet, quod haec lex tantum de haeredibus agat. Quicquid enim de haeredibus qui fundum pro portione hereditatis possident dicitur, illud quoque ob paritatem rationis ad plures dominos ex divisis partibus praedium tenentes applicatur. Quemadmodum itaque plures heredes coniunctim pro una persona habeantur, quamvis mille sint. FINKELTH. *de iure Patron.* c. 5. n. 69. ita plures unius ecclesiae possunt esse Patroni, unus tamen non magis quam alius dicitur Patronus, quamvis unus minus quam alius in dotatione contribuerit. Exinde Doctores formant regulam. Tantum iuris ei competit, qui angulum Basilicae aedificavit, quam illi cuius impensis fiunt anguli tres. SCHVREF *Caut. II. Conf. 33. n. 2.* CARPZOV. *lib. I. tit. 4. dcf. 45. n. 1. et 2.*

§. VII.

Aliud iudicium fert BOEHMERVS in Iure Ecclesiastico Protestantium Tom. III. lib. 3. tit. 38. §. 71. Distinguendum nempe putat inter ius Patronatus reale et personale. In priori, si inter trium praediorum possessores commune est, sententiam eo dirigit, ut numerus votorum crescat pro quantitate praediorum, quae quis possidet, quamvis compatroni voto eo ipso fere fiat inane. Sed plane non perspicere possum, cur differentia inter ius Patronatus reale et personale decisionem causae addat. Hoc enim discrimen quod quidem non negamus, substantiam iuris, quod est individuum, minime tollit, cum acciden-



cidentalibus rei notionem diminuere nequeant. Huic potissimum accedit, quod comparatione nunquam detur occasio iura sibi competentia exercendi. Nam hoc praesupposito, is, qui maiorem quantitatem praedii tenet, solus vocat pastorem, et ius Patronatus exclusis aliis, quibus tamen leges in conferendo munere ecclesiastico paria concesserunt iura, exercet; id quod aequitati, et voluntati Principis a quo hoc beneficium dependet, repugnat. Dum etenim in litteris investiturae omnibus praediorum possessoribus hoc emolumentum, concedit superior, eius quoque intentio eo directa est, ut eodem uti possint, quod autem deficeret, si pro quantitate praediorum huius privilegii exercitium determinare vellemus. Nec movet dubium, quando in litteris investiturae pro tertia tantum parte ius Patronatus competere dicatur. Improprie enim et abusive appellantur partes, et investitura proprie tantum contingit super substantia feudi, cum quo et iura eidem cohaerentia in ea qualitate, quam legum dispositio et natura rei constituit consequitur. Huic vero divisio iuris in partes plane refragatur.

§. VIII.

Quae cum ita sint, de remedio conciliandi Patronorum vota, ut adhibeamus studium ratio suadet. Praeprimis eo respiciendum est, utrum pacta hac de re inita existant. Quod si enim de modo conveniendi inter se cogitaverint possessores praedii, ex eorum voluntate dependet decisio, cum pacta dent legem contractui, et a conventio-

ne



ne semel celebrata recedere non liceat, omnia enim pacta, quae neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, Senatusconsulta, Edicta Principum, neque fraus cui eorum fiat, facta erunt, probanda esse, censet PRAETOR l. 7. §. 7. ff. de Pact. Quodsi autem deficiunt conventiones, et plures Patroni dissentientes non commoveri possint, ut per sortem quod in aliis negotiis saepiuscule accidit, rem dirimant, iudicio Ecclesiastico causa est reliquenda, ut ex eius voto munus vacans pastori conferatur. Interest enim ecclesiae ne ministro destituatur. Probat hoc c. 3. X. de Iure Patron. Quoniam inquit Pontifex in quibusdam locis fundatores ecclesiarum, aut heredes eorum potestate in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, et cum una ecclesia unius debeat esse rectoris pro sua dissensione plurimos repraesentant. Praesenti decreto statuimus, ut si forte in plures partes fundatorum se vota dividerint ille praeficiatur ecclesiae, qui maioribus iuvatur meritis, et plurimorum eligitur et approbatur consensu, si autem hoc sine scandalo esse nequiverit ordinet antistes ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Agi quidem in hoc textu videtur de casu quando adevitandum scandalum officium antistitis est necessarium. Sed nihil obstat, generalis tamen proponitur regula, dissensum compatronorum ex iudicio antistitis esse decidendum, conf. BRUNN. lib. II. Iur. Eccles. c. 8. §. 18.





VD B

cb.

ULB Halle  
004 997 506

3









8888.1

1770, 62.

19

EXERCITATIO IVRIDICA  
QVAESTIONEM  
DE  
IVRE PATRONORVM  
ECCLESIAE INDIVIDVO  
CONTINENS

QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO  
COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBVRG. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC  
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE  
DECENV.

IN AVDITORIO ICTORVM  
D. XVI. NOV. MDCCLXX.  
PVBLICE DEFENDET  
HEINRICH GOTTLLOB MODRACH  
GORL. LVSAT.

LIPSIAE  
EX OFFICINA WALTHERIA.

